

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Petri Dasypodij Dictionarivm Latino-Germanicvm Et Vice Versa Germanico-Latinum**

**Dasypodius, Petrus**

**Argentorati, [circa 1630]**

Ioannes Sapidus, iuventuti Germanicae

[urn:nbn:de:bsz:31-107333](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-107333)

primendas attinet, pulchre hac opera consultum est. Patrum memoria in scholis terebantur Dictionaria & re & nomine barbara. Quod quidem seculo adeo barbaro, & quo nihil recte ac suo ordine docebatur, factum esse nemo mirabatur. At nunc quum nullum non doctrinae genus sitos habeat vindices, & divina quadam ~~dominatio~~ non disciplinae modo omnes, sed & linguae, in suum locum restituantur, mirari mihi subit, e Germanis neminem extitisse, qui rei adeo utili manus admoeret. Quam vero luculenta studiosorum fraude neglectum id haecenus sit, nihil hic attinet referre. Accidisse ego sane idem hac in re existimo, quod usu venire solet, fere, ut dum pessima ita in ordinem redigimus, ut obsolescant ferius quam conveniebat, in istorum locum meliora substituamus: utcumque interea sint, qui quibus rationibus in publicum succurri possit, apud se consilia agitent. Verum dum alius alium expectat, frustra expectamus omnes. Atque hoc magis laudandus est Petrus Dasypodius noster, vir & multae lectionis & iudicio exacto, atque adeo natus ad pubem literariam recte instituendam, qui cum improbe ab amicis urgeretur, ut non tantum suae scholae, cui magna cum laude praestit, sed & caeteris consulere, id laboris tandem suscepit, ac susceptum summa fide ac diligentia absolvit. Vestrum itaque erit, optimi adolescentes, vestram erga benemerentes gratitudinem declarare. Istud vero fiet, si annis his melioribus, & omni cura liberis, indefesse excolere ingenia pergatis. Ita enim & rationibus vestris optime consulere, & eruditos, ut quotidie in usum vestrum id genus elucubrationes edant, invitabit, Valet.

## IOANNES SAPIDVS

Iuventuti Germanicae.

**Q**UAM rem quaeq; suo Romana dictio linguae  
 Sensu nostrati reddita voce notet,  
 Ut cito dignoscas, certam feret iste libellus,  
 Et simul optatam semilatinus opem.  
 Sapius ergo legas scriptum tibi Teutona pubes,  
 Si bene vis studiis consuluisse tuis.

AD PUBEM GERMANICAM  
 Petrus Dasypodius.

**H**VC, huc qui cupis eruditionem,  
 Castis jungere moribus puella.  
 Et statim bene nosse, quod necesse est,  
 Quid vox significet latina quaeq;  
 En certo explicat hic liber. Proinde  
 Castis jungere moribus puella.  
 Huc huc, qui cupis eruditionem.

IOAN-